

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Narratio comica de amicitia Damonis ac Pythiae

Omichius, Franciscus

Noribergae, 1617

Actus II. Scena 6

[urn:nbn:de:bsz:31-138648](#)

Actus II. Scena 6.

DION, DAMON, PYTHIAS.

SAtis quidem prosperè res succedunt,
Diis sic gratia : cùm rex noster, Platonis
cohortatione impulsus , animum adjiciat
ad Rempublicam non suopte unius arbitrio,
sed de consilio prudentum & docto-
rum virorum gubernandam. Et commo-
dè sanè in mentem mihi venit Damonis
ac Pythiae Pythagoreorum , quos sapien-
tia nomine passim audivi prædicari. Ac
nisi me oculi fallunt , ambo opportunè se
offerunt mihi obviam. Certè ii sunt. Adi-
bo & alloquar. Incolumes vos advenire
gaudeo.

D A M O N. Ette salvum atq; incolumem
optamus esse.

D I O N. Meministis proculdubio ,
viri optimi , quos heri sermones inter nos
habuerimus , de vobis inter aulæ fami-
liares adsciscendis. Tantum enim effe-
ci apud Regem , ut vos in consiliario-
rum numerum cooptati , gravissimis
negotiis expediendis una mecum

D 4 ad-

adhiberemini Ne autem in primo (quod
ajunt) limine impingatis: n̄e ve ubi ad re-
gem ventum erit , pudor vos obstupe-
faciat : tecte vos monebo & amici offici-
um sequens : à rege vobis eam proposi-
tum iri quæstionem : Ecquorum uten-
dum sit consuetudine ? ecquis aditus
ad regis amicitiam patere debeat ? ecquos
spes sit constantes ac sinceros futuros a-
micos ? Ad hanc interrogationem subji-
cienda vobis erit responsio. Itaq; ut satis
parati & præmeditati ad regem accedatis,
operam date.

D A M O N . Quod nostri rationem ha-
bueris, optime Dion. Regiq; operam no-
stram non modò obtuleris, sed etiam
commendaveris: maximas, quas possu-
mus, tibi gratias agimus: neq; ulla hujus
beneficii tui memoriam delebit dies. Ad
propositam verò quæstionem quod atti-
net: securu atq; otioso animo te esē ju-
bemus. Quippe satis in his materiis exer-
citatos nos esse confidimus. Etenim ego
& Pythias hic à puero amici fuimus: &
quid in legendis amicis potissimum spe-
ctare & sequi conveniat, exacte ut tene-
remus,



in primo (quod
is; neve ubi adre.
tor vos oblitus.
o & nici offici.
bis eam propoli.
ciorum uten.
equibus aditus
debeat? ecquis
eros futuros a.
gationem subji.
Itaq; ut satis
gem accedatis,

remus, omnes ingenii industriæq; nervos
intendimus. Quod si Regi visum fuerit,
Reipubl. partem nobis gubernandam
committere: bonorum virorum offici.
um præstabimus, & totius regni commo.
dis pro virili parte consulemus.

P Y T H I A S. Quamvis ego aularum con.
suetudine non usq; adeò delecter: tamen
quia fata nos è ducere videntur, non re.
pugnabo: nec in commissio munere fi.
dem ac diligentiam meam ullo unquam
tempore patiar desiderari.

D I O N. Non dubito, quin Spartam ve.
stram præclarè sitis exornaturi, & Regis
exspectationi per omnia satisfacturi.

Actus III. Scenar.

A M I C I T I A, D I O N Y S I U S.

L Ongum iter emensa sum, Rex poten.
tissime, & varias jamdudum peragra.
vi regiones, si qui fortè magnates ac prin.
cipes hospitio me exciperent, monitisq;
meis vacivas aures darent. Sed proh do.
dolor, pusillus est eorum numerus, qui
me non sunt dedicati. Itaq; in ipsam tan.
remus

D I S dem